UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Præmonitio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

HOROLOGIUM SACERDOTALE.

PRÆMONITIO.

SAcerdos Chriſtiane, priuſquam ad praxes particulares omnium diei horarum deſcendam, monitum, rogatúmque te velim; ut ternas, quas præmitto, praxes quaſi generales, omnibúſque operibus convenientes, antè probè penetres atque perſpicias. I. Methodum docet omnia opera quotidiana bene peragendi, pro Neomyſtis præſertim & incipientibus. II. Modum tradit omnia diei exercitia perfectè, imò perfectiſſimè obeundi, pro Sacerdotibus in via virtutum diutiùs exercitatis ac ferventioribus. III. Induſtriam exhibet aſpirationum & precum jaculatoriarum, quibus opera & occupationes externæ potiſſimùm animandæ, elevandæque ſunt. Convenit enim, ut Sacerdos in ſtatu adeò ſublimi & excellente collocatus, in omnibus operibus ſuis præcellens ſit, & modum operandi ſupra vulgus attollat; qui ſupra ſeculares omnes dignitate & poteſtate eminet.

I. PRAXIS